



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXIX. De Fratre Ludowico Magistro terrae Pruschiae VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Helmericus de Reichenberge VI. Mag. Prov. in Prussia.*

Eodem anno Henricus Monte Capitaneus Nattangorum cum valido exercitu intravit terram Colmensem, & præter populum multum & aliarum rerum prædam inæstimabilem, quam secum duxit, omnia ædificia extra munitiones sita combussit, & terram illam Christianorum Sangvine rubricavit. Quod cum ad aures fratris Helmerici Magistri deveniret, convocavit omnem virtutem exercitus sui & secutus est eos usque ad terram Luboviæ & ordinato exercitu suo ad prælium, eos viriliter aggressus. Prutheni autem vallati indaginibus fortiter in primo restiterunt, sed tandem fugerunt, & Christiani sequentes eos dispersi fuerunt, & licet in hac fuga plures occidissent, tamen Prutheni, cum viderent Paucos viros circa vexillum, coadunati redierunt ad indagines, & incipientes novum bellum, quod diu duravit, ultimo permittente Domino, cuius incomprehensibilia sunt judicia, Magistrum & fratum Theodoricum Marschalcum & XL. Fratres & totum exercitum Christianorum interfecerunt, factaque fuit tanta plaga in populo DEI, ut æstimaretur major, quam illa quæ præcessit in conflitu Curoniensi, quia licet hic tot non essent occisi sunt ibi, tamen quasi omnes electi & præelecti viri, quorum sapientia & industria & terra Pruschiæ & bellum regebatur, sunt extinti. In hoc loco certaminis postea quidam Eremita habitans vidit noctis tempore candelas ardentes plurimis vicibus, quæ interfectos ibi jam coronam Martyrii apud Regem martyrum manifestius declarabant.

CAR. CXIX.

*Fratre Ludowico Magistro terræ
Pruschiæ VII.*



*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Ludovicus de Baldersheim VII. Mag. Provinc. in Prussia.*

F Rater Ludovvicus de Baldersheim Magister Pruschia VII. præfuit annis VI. Ao. Domini MCCLXV. hoc tempore Fra-
ter Fridericus de Holdenstete fuit Marschaleus.

C A P. CXX.

*De**Adventu multorum peregrinorum.*

V olante fama destructionis castrorum omnium, *An. Domini MCCLXV.* quæ prædicta sunt, per Almaniae partes, com-
moti sunt Reges & Principes, & ut Ecclesia Dei in *Clemens Pa-*
Pruschiæ partibus per multam Christiani Sangvi *pa IV. Karo-*
niæ effusionem complantata omnino non deficeret, *lum prædi-*
sed per ipsorum jucundum aduentum sumeret de- *tum econova-*
bitum incrementum. Ideò An. Dn. MCCLXV. (a) *Cecilia quod*
Dux de Brunsyvich & Landgravius de Thuringia, *ei Papa Ur-*
Anno ejusdem MCCLXVI. (b) Otto Marchio Bran- *banus dedit.*
denburgensis & filius ejus & frater carnalis; Anno *Hic Karolus*
ejusdem MCCLXVIII. (c) Ottocarus Rex Bohemiæ *Mansfeldum*
multis stipati militibus & potentia armatorum ve- *filium natu-*
nerunt Pruschiæ in subsidium dictæ terræ, ut vi- *ralem Fride-*
delicet rebellionem compescerent Fruthenorum. *rari Impera-*
Sed quia nondum venit hora, in qua Deus vellet *toris secundi*
misereri populo suo, sed amplius castigari, deside- *vita & regno*
ratum desiderium dicti Principis propter molliciem hyemis
non poterant deducere ad effectum, sed derelictis Christi fide-
libus terræ Pruschiæ in magnis periculis ad propria sunt reverti.

ANIMADVERSIONES.

(a) Albertus nomine, qui etiam cum Ottocaro in Hungariam expedi-
tionem suscipisse dicitur Anno 1260. *Vid. Andreas Angelus lib. 2.*
Annal. Brandeb. pag. 106.

E e 2

(b) *Vi-*